frequēter in cōpoſitis hiatus prohibendi cauſa: ut ex re & ago dicimus redigo redarguo: Item ex pro & eſt cōponit̄ prodeſt. Subtrahitur etiam a modernis qum ſequens ſyllaba ab. s. & alia conſonāte incipit: ut aſcendo: aſpicio: aſpiro: aſto:

DE. E. Littera:

Littera uocalis eſt: & nonnullas etiam mutationes aliquando accipit. Nam Quintiliano teſte Meſſalla in li. de. s. littera ſibe & quaſe. e. littera terminata deſcripſit. Idq; etiam in multorū libris ſe comperiſſe teſtatur. Quin & Titum Liuium ita his uſum: ex Pædiano dicit ſe legiſſe: qui & ipſe eum ut ait ſequebat̄. At cōſtat nos illas in. i. litteram cōmutaſſe. Quid q; here pro aduerbio. e. littera tēpore Quintiliani: ut idem ipſe atteſtat̄ terminabāt: q; uetuſtiores. i. littera terminaſſe dicit: ut in ueterū comicorū libris etiā tunc quoq; inueniri dixit: ut here ad me uenit. Idemq; in epiſtolis Auguſti: quas ſua māu ſcripſit aut emēdauit deprehendi aſſeruit. Nos uero ueterū ſcriptorū: Auguſtiq; ipſius ſcripturam: & non Quintiliani nr̄o tēpore obſeruamus: atq;. i. littera heri finimus. Iuuēalis autē qui tempore ipſius Quintiliani fuit: here ſecūdū eius ætatis cōſuetudinē. e. littera finiuit: cum in tertia ſatyra ait. Res hodie minor eſt here q̄ fuit. atq; eadē cras. Similiter Martialis libro primo epigrāmatum: Et poſitum eſt nobis nil here præter aprum. Idem in. iiii⁰. Cur here quod dederas hodie puer Hylle negaſti: & aliis in locis pluribus. Quid q; a uetuſtioribus teſte eodē Quintiliāo. e. quoq; i aliis q̄ multis dictiōibus. i. loco fuit & ſcribebat̄: ut Menerua leber mageſter: quæ deide ſcripſimus. Nonnū q̄ uero & quod p. o. ſcribimus per. e. antiqui noſtri teſte Feſto ſcribebant: ut quande pro quando: die quinte pro quīto: die quarte p quarto. Pomponius in atellana quæ metui aſcribitur: Dies hic ſextus cum nihil ægi die quarte moriar fame: Sed id p̄cipue teſte Gellio libro. vii. noctiū attica⁊ in præteritis more græcorum obſeruabāt. Nam græci in quadam ſpecie præteriti temporis: qd̄ παρακείμενον appellant: ſecundā uerbi litteram i. e. plerunq; uertūt: ut γράφω γέγραφα τύπτω τέτυφα: ſic noſtri mordeo non momordi cū. o. ſed cū. e. memordi dicebant. Q. Ennius in ſatyris meum inquit nō eſt: at ſi me canis memorderit. Laberius in gallis de integro patrimonio meo centū milia nummū memordi. Idē. P. Nigidius. Idē Plautus diuerſis in locis obſeruauere. Similiter poſco non popoſci declinabant ſed pepoſci. Valerius Antias libro animalium. xlv. denique Lucinius. tr. pl. per duellionis ei diē dixit: & comitiis diem. a. M. Martio p̄toī pepoſcit. Sicq; eā teſte Gellio. M. Tullius &. C. Cæſar. mordeo memordi: pungo pepugi: ſpōdeo ſpeſpōdi dixerūt. Item & ubi nos. u. uetuſtiores teſte Papyriano ſæpiſſime. e. ſcriptitabant: Auger pro augur: augeratus pro auguratus. Cato etiā Cenſorinus Quintiliano teſte dicam & faciā dice face ſcripſit: eūdemq; in cæteris modū quæ ſimiliter cadūt illū obſeruaſſe dixit: ut i ueteribus eius libris rettulit apparere: per deriuationes ēt teſte Priſciano tranſit. e: correpta in. a: correptam: ut reor ratus: fero ſatus: in. e. p ductam ut lego legi: in. i. ſimiliter ut lego diligo. Fides pro genere cithare fiducula & fidicen: nec facit fidis in ſingulari quēadmodū uoluit Priſcianus: quod ab antiqs in auditū eſt: ut infra i dictione apes oſtendemus. Tranſit & i. o. ut tego toga. in. u. ut omnia uerba ſecūdæ coniugationis: quæ in ui diuiſas ſyllabas formant p̄teritum: & i. xi. deficiunt i ſupinis ut horreo horrui: rubeo rubui: tepō tepui: ferbeo ferbui: egō egui. frigeo frigui: rigeo rigui: & cætera.

DE. F. Littera

Litteram ſemiuocalem eſſe antiqui grammaticæ ſcriptores aſſeruerunt: eo q; a uocali incipit: & i ſe ipſum terminatur: quibus Priſcianus non aſentiens mutam eſſe uoluit. Tum quia loco mutæ iā ponitur: hoc eſt. p. & . h. Tum quia terminalis nominum minime cōperitur: & ſemiuocalis neceſſario nomina terminet. Tum quia ante. l. & . r. in eadem ſyllaba ponitur: qui locus mutarum eſt dumtaxat. Tum etiam quia communem ante eaſdem litteras poſitam uocalem facit. Sed hæc hactenus. Verum ut ab exordio huius litteræ: hoc eſt per quem modum ad nos uenerit procedamus. Habebant antiqui æoles litteram hanc: quæ quia duplicis gammæ figuram detinebat: ut & nunc detinet digamma a pleriſq; ex noſtris cognominata fuit: a nonnullis uero ſibi hoc nomen datum fuit: quod apud æoles prius habebat: uidelicet. uau. ab ipſius uoce profectum teſte Varrone & Didymo: qui id ei nomī fuiſſe oſtendūt. Hanc igitur litteram auctores noſtri p̄ maxima noſtrarum dictionum comoditate ab æolibus eo pro loco accæperunt: quo nos nunc. u. conſonantem habemus: & eundem prorſus ſonum cum. u. conſonāte qua nunc utimur: & tunc quoque ipſum. f. nos habuiſſe: cū Priſcianus: tum alii plures artis grāmaticæ ſcriptores atteſtantur: Verum cum dictiones noſtras: & quas ex græcis accæperamus: noſtri ut antiqſimi græcorum primitus pro. ph. aſpiratum & nullas per. f. ſcriberemus: uiſum eſt poſtea ut inter dictiones noſtras & græcas differentia notaretur loco. ph. in dictionibus noſtris digamma. f. accipere: in græcis uero antiquam per. ph. ſcripturā obſeruare. Itaq; loco. f. digammi poſuerunt noſtri auctores. u. conſonantem: quia teſte Papyrano affinitatem in. ſono habere uidebatur: & digamma ipſum cū alto ſono in dictionibus latinis loco. ph. ſcribi ſtatuernnt. Poſt hæc autem & noſtri ferunt auctores uoluit Claudius Cæſar pro. u. conſonante ipſum digamma inuerſum hac ſcilicet figura Ⅎ tranſcribendum eſſe: ut ꝑpriam haberemus lr̄am ubi. u. conſonantem facimus: idq; nos ipſi Romæ q̄buſdā in locis ſcitū aſpexius: ut ſerⅎus p ſeruus: Ⅎulgus p uulgus: Ⅎixit p uixit: e q̄bus hoc unū epitaphiū ínſeruiſſe ſatſit. DIS. MANIBVS SACRVM. SECVNDVS. ⅎIXIT. MENS. IX. DIES. XXVI. PETRONIA. NOESOROREIVS. ⅎIXIT. ANNVM. MENS. III. DIES. XII. HIC. SEPVLTI: SVNT. Sed q̄ uis illī recte uiſū ſit. Conſuetūdo tamen antiqua ſupauit. Nā neq; hanc ſolā ſed tres litteras Claudius ipē teſte Cornelio Tacito prioribus noſtris adiecit: quæ uſui imperitante eo fuerunt. poſt oblitteratæ: et ut idem at